Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

terre mee erunt · et hereditate possidebo eas cum dominus esset ibi
Propterea · vivo ego dicit dominus deus · quia faciam iuxta iram tuam
et secundum zelum tuum quem fecisti odio hinis eos · et notus efficiar
per eos cum te iudicaverro · et scies quia
ego dominus audivi · audivi omnia opprobria tua quae locutus es montibus israel dicens · Deserti nobis
dati sunt ad devorandum · et insurrexisti super me ore vestro · et locutus es
adversus me verba vestra · ego audivi ait dominus deus · laetante
universa terra · insolitudinem te redigam sicut gaudisti super hereditatem domus israel eo quod facta sit
dissipata · sic faciam tibi · Dissipatus eris mons seir · et idumea omnis · et scient quia ego dominus.

XXXVI

exxvi. t

Tu autem fili hominis propheta montes israel et dices · Montes israel audite verbum domini · hec
dicit dominus deus · Eo quod dixerint inimicus de vobis euge · altitudines sempiternae in hereditatem
date sunt nobis · propterea vaticinare et dic · Hec dicit dominus deus
Pro eo quod desolati estis et contriti per circuitum · et facti in hereditatem reliquis gentibus · et ascendistis super labium linguae · et opprobrium
plebis · propterea montes israel audite verbum domini dei · Hec dicit dominus deus · montibus et collibus
torrentibus · vallibus quoque · et desertis parietinis · et urbibus derelictis quae
de populate sunt · et subsannate a
reliquis gentibus per circuitum
Propterea · hec dicit dominus deus
Quoniam in igne zeli mei locutus
sum de reliquis gentibus · et de idu
mea universa · que dederunt terram
meam sibi in hereditatem cum gau
dio · et toto corde · ex animo · et eiecerunt
eam ut vastarent · Idcirco vaticinare super humum israel · et dices mon
tibus · et collibus · et iugis · et vallibus
Hec dicit dominus deus · Pro eo quod
desolati estis · Ecce ego in zelo meo
et in furore meo locutus sum · eo
quod confusionem gentium sustinuistis · Idcirco hec dicit dominus
deus · Ego levavi manum meam
in gentes que circumcirca vestro sunt
ut ipse confusionem suam portent.
Vos autem montes israel · ramos vestros extendite · et fructum vestrum afferatis populo
meo israel · Prope est enim ut veniat
quia ecce ego ad vos · et convertar
ad vos · et arabimini · et accipietis
sementem · et multiplicabo super vos
homines · omnem domum israel
et habitabuntur civitates · et civitates
desertae instaurabuntur · et replebo vos
hominibus · et iumentis · et multiplicabuntur · et crescent · et habitare vos
faciam sicut a principio · et benefaciam
vobis maioribus quam hinistis abinitio · et scietis quia ego dominus · Et
adducam super vos homines plebem meam israel · et hereditabit
te · Et eris eis in hereditatem · et non
addes ultra ut absque eis sis · Hec dicit

ozechiel.